

JO. GOTTL.  
HEINECCII  
ELEMENTA  
JURIS CAMBIALIS.  
ET  
GEORGII HENRICI AYRERI  
DE  
CAMBIALIS INSTITUTI  
VESTIGIIS.

ELEMENTA  
JURIS CAMBIALIS  
COMMODA AUDITORIBUS  
Methodo adornata  
A JO. GOTTLIEB.  
HEINECCIO,  
JC. ET ANTECESS.



ROBORETI,  
SUMPTIBUS BALLEONIANIS.  
MDCCXLVI.

---

SUPERIORUM PERMISSU.

# ERUDITO ET ÆQUO LECTORI.



Um ita mos fert, non  
sine præloquio aliquo in  
publicum prodire volui  
viri post fata quoque ce-  
leberrimi, Jo. GOTTL.

HEINECCII *Elementa juris cambialis*,  
sumtibus viri integerrimi, Henrici  
Jansonii a VVæsberg, elegantissi-  
me typis excusa. Eadem methodo,  
qua reliqua desideratissimi viri, *Ele-  
menta* hæc sunt conscripta, sive a-  
xiomaticam eam vocare velis, (mo-  
do invidia verbo absit), sive mathe-  
maticæ æmulam: eamque maximo  
cum fructu adhibitam esse, satis su-  
perque tot illustria exempla docue-  
runt. Quid quod non defuerunt vi-  
ri docti, qui in libellis juridicis con-  
scribendis eamdem non sine ma-  
gno applausu sequuti sunt, inter  
quos honoris causa nominare mi-  
hi licet Pertschium, Engavium,  
Boehmerumque juniores. At non  
solum methodus huncce libellum  
commendat, verum brevitas quo-



# ELEMENTA JURIS CAMBIALIS.

## C A P U T I.

*De Jure Cambiali in genere,  
ejusve origine.*

### §. I.



Ontractuum omnium , quibus commercia inter homines consistunt , antiquissimus est permutatio , quippe iis etiam temporibus recepta , quibus nondum de cedula numero cogitatum est .  
*L. 1. pr. D. de concrab. emr.* Sed ea permutatio non ad numeros , qui tum nulli erant , sed ad alias res , quæ alteri supereesse , alteri deesse videbantur , pertinebat .

### §. I I.

Postquam intellecta permutationis incommodelecta est materia , cuius pu-

**GEORGII HENRICI  
AYREI,**

**D. CONSILIARII REGII  
& in Academia Gottingensi  
Juk. P. P. O.**

**D E  
CAMBIALIS INSTITUTI  
VESTIGIIS  
APUD ROMANOS  
DIATRIBE.**



## PRÆFAMEN.



Ræteriorum annorum, in  
stadiis academicis præfertim  
transactorum, sicuti jucunda  
plerisque solet esse recorda-  
tio, ita ego quidem haud  
mediocri cum voluptate semper recordor  
temporis, quod Lipsiæ olim, in florentissi-  
mo illo Mercurii & Apollinis emporio, ad  
quod separatis vicibus binos egregiæ indo-  
lis juvenes, utrumque nobili genere na-  
tum, quasi ad mereaturam bonarum artium  
abduxeram, in litteris consumsi. Accidit  
interea, ut anno Ccccxxxv. Illusterrimi  
Comitis Vicedomini, tum curæ meæ de-  
mandati, nunc in aula augustissimi Polo-  
niatum Regis dignitate palatina conspicui,  
commilito familiaris, CHRISTIANUS SUE-  
FRIDUS a PLESSEN, eques Danus, ex splen-  
didissima Plessenorum gente, jam fago in-  
signis, sub præsidio illustris viri, Jo: JAC.  
MASCOVII, communis nostri fautoris,  
aternum colendi, de fæderibus commercio-  
rum publice & cum laude disputaret. Quæ  
ipsa disputatio quum mihi aniam præbuisset  
in